



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

VII. Markgraf Ludwig d. A. befreit die Stadt Belitz von der Urbede und Steuerentrichtung, im Jahr 1351.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

VII. Markgraf Ludwig d. A. befreit die Stadt Belitz von der Urbede und Steuerentrichtung,
im Jahr 1351.

Noverint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, sacri Imperii Archicamerarius, comes Palatinus Rheni, Bavarie et Carinthie dux, Tyrolis et Goritie comes, nec non Aquilegiensis, Tridentinensis et Brixinensis Ecclesiarum Advocatus, pensantes et considerantes fidelia obsequia nobis et terre nostre Marchie Brandenburgensi fideliter et firmiter prestita ac in antea perpetuo fidelius et firmiter nobis illustribus principibus Ludovico Romano et Ottoni fratribus nostris charissimis Marchionibus Brandenburgensibus nostris et eorum heredibus veris et legitimis exhibenda per fideles nostros consules ac Ciues et uniuersitatem opidi nostri Belitz ipsis consulibus, ciuibus et uniuersitati predictis facere decernimus et facimus presentibus talem gratiam specialem et priuilegium etiam speciale, quod ab omni donatione ac perfolutione exactionis et pensionis, ipsius annue, in quam nobis sunt obligati, debent esse liberi et exempti, nihil omnino nobis et fratribus nostris et heredibus predictis exactionis et pensionis titulo erogantes. Confirmamus etiam ex certa nostra scientia eis omnia Privilegia, literas, libertates, iura, consuetudines etc. — presentibus strenuis uiris Diepoldo Hele Marschaleo nostro, Wilhelmo Bombrecht nostro Piacerna, Bernhardo de Ebenhufen, Magistro coquine, Wedegone de Wedel, Nicolao Falconis, Joanne de Sliven, Ottone de Helben, militibus, Ottone Morner et Wedegone de Wedel cum pluribus fide dignis. Datum in Britzen sub anno domini millesimo trecentesimo et quinquagesimo primo.

Aus P. Grensing's Abschrift des Originals.

VIII. Markgraf Ludwig d. A. verweist die Stadt Belitz an seine Brüder Ludwig den Römer
und Otto, am 25. Dez. 1356.

Ludovicus senior, Dei gratia Marchio Brandenburgensis et Lusatie, sacri Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni, Bavarie et Carinthie Dux, Tyrolis et Goritie Comes, nec non ecclesiarum Aquilegiensis Tridentinensis et Brixinensis Advocatus, discretis uiris et honestis consulibus et communitati ciuitatis Beeliz fidelibus sibi sincere dilectis gratiam suam et omne bonum. Constare uobis certitudinaliter non ambigimus, quomodo cum illustribus Ludovico Romano et Ottone marchionibus Brandenburgensibus fratribus nostris charissimis diuisionem terrarum nostrarum et principatum nostrorum quibusdam lapsis annis concorditer inuimus, sic quod Principatus Marchie Brandenburgensis et terre Lusatie cum suis pertinentiis, prout in literis diuisionis nostre desuper datis lucide contineri uidetur, ipsis pro ipsorum parte fuerit assignatus. Quocirca vestre fidelitati mandamus seuerius exhortantes, prestetis predictis nostris dulcissimis fratribus Ludovico Romano et Ottoni marchionibus Brandenburgensibus et eorum heredibus debite fidelitatis homagium, sicut ueris et hereditariis Dominis uestris statim his presentibus, prout id ipsum Nobis huc usque exhibuistis, de quo uobis regratiari non sufficimus, sine contradictione qualibet faciatis. Quo facto nos pariter et diuisim de promissa fidelitate eo quod uos ad ipsos beneuole remisimus, prout id ipsum occasione diuisionis multis